Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IERE

chyam. Hæc dicit dominus exercituum
deus israhel. Si profectus exieris ad prin
cipes regis babylonis: nunquid anima
tua. et omnes hæc non morientur
igni. et salvus eris tu. et domus tua.
Si autem non exieris ad principes re
gis babylonis: tradetur ciuitas hæc
in manus chaldeorum. et succendent eam
igni. plus tuus. et tu non effugies
de manu eorum. Et dixit rex sedechyas
ad ieremiam. Sollicitus sum super
iudeos qui transfugiunt ad chaldeos:
ne forte tradar in manus eorum. et il
ludant mihi. Dixitque autem ieremi
as. et dixit ad eum. Non te tradent.
Audi quæso uocem domini quam ego
loquor ad te. et bene tibi erit. et uiuet anima
ta. Quod si nolueris egredi: iste est
sermo quem ostendit mihi dominus.
Ecce omnes mulieres quæ reman
serunt in domo regis iuda. educen
tur ad principes regis babylonis:
et ipsæ dicent. Seduxerunt te et prua
luerunt adusque te. uiri pacifici
tui. deseruerunt te in cœno. et in luto
pedes tuos. et recesserunt a te. et omnes
uxores tuæ. et filii tui educentur
ad chaldeos. et non effugies manus
eorum. sed in manus regis babylonis
tradis. et ciuitatem hanc incendent
igni. Dixit ergo sedechyas rex
ad ieremiam. Nullus sciat uerba hæc.
et non morieris. Si autem audierint
principes quia locutus sum tecum.
et uenerint ad te. et dixerint tibi. in
dica nobis quæ locutus es cum re
ge. ne celes nos. et non interficiemus
te. et quid locutus est tecum rex: dices
ad eos. Petram ego preces meas co
ram rege. ne me reducat in domum
ionathan. et ibi moriar. Ve
nerunt ergo omnes principes ad iere
miam. et interrogauerunt eum. Locutus
est eis iuxta omnia uerba quæ præ
cepit ei rex. et cessauerunt ab eo. Nichil
enim audiatur autem. Mansit autem
ieremias in uestibulo carcis. usque
ad diem quo capta est iherusalem.

Et factum Capitulum. xxxix.
est ut caperetur iherusalem. anno
nono sedechyæ regis iuda.
mense decimo. uenit nabuchodonosor rex
babylonis. et omnis exercitus eius ad
iherusalem. et obsidebant eam. Et anno
undecimo sedechyæ. mense quarto.
die mensis. capta est ciuitas. et ingressi
sunt omnes principes regis baby
lonis. et sederunt in porta media. nergal
sereser. semegar. nabuzardan.
sechim. rapsaces. rebmach. et omnes
reliqui principes regis babylonis.
Cumque uidisset eos sedechias rex
iuda. et omnes uiri bellatores: fugi
erunt. et egressi sunt nocte de ciuita
te per uiam horti regis. per portam in
erat inter duos muros. et egressi sunt
per uiam deserti. Persecutus est autem
eos exercitus chaldeorum. et apprehenderunt
sedechiam in campo solitudinis re
richontine. Et captum adduxerunt
ad nabuchodonosor regem babylonis in
reblatha. quæ est in terra emath. et lo
cutus est ad eum iudicia. Et occidit
rex babylonis filios sedechiæ in rebla
tha. in oculis eius. et omnes nobiles
iuda occidit rex babylonis. Oculos
quoque sedechyæ eruit. et uinxit eum
catenis ut duceret in babylonem.
Domum quoque regis. et domum uul
gi incenderunt igni. et murum iherusalem
subuerterunt. et reliquias populi quæ re
manserunt in ciuitate. et profugos
qui transfugiunt ad eum. et super
stites uulgi cum remanserat. tui

// chaldei